PRUDENTIUS. GLOSSARIUM SUPER PRUDENTIUM
2. Hälfte 12. Jh. Seite 30v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36520
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Cruda te longum tenuit cicatrix.
Et diu uenis dolor hesit ardens.
Dū putrescentes tenuit medullas
Tabidus humor.

Inuidus quāuis obitū supremū
Persequutoris gladius negarit.
Plena te martyr tam̄ ut ꝑemptā
Pena coronat.

Vidim⁹ partē iccoris reuulsam.
Yngulis longe iacuisse pressis.
Mors habet pallens aliquid tuorū.
Te quoq; uita.

Hunc nouū nr̄e titulū fruendum
Cesarauguste dedit ipse x p̄ c.
Iuge uiuentis domus ut dicata
Martyris esset.

Ergo ter senis sacra candidatis.
Diues optato. simul & luperco.
Perge conscriptū tibim & senatum.
Pangere psalmis.

Ede successum. cane martialem.
Mors & urbani tibi concinatur.
Iuliam cantus resonet. simulq;
Quintilianum.

Publium pangat chorus. & reuoluat
Quale frontonis fuerit tropheum.
Quid bonus felix tulerit. q̄d acer
Cecilianus.

Quantus euuoti tua bella sanguis
Tinxerit. quantus tua primitiue.
Tum tuos uiuax recolat triūphos
Laus apodemi.

Quatuor post hinc sup̄ est uirorū
Nomen extolli rennuente metro.
Quos saturninos memorat uocatos
Prisca uetustas.

Carminis leges amor aureorum
Nominū paruifacit. & loquendi
Cura de scīs ociosa non est.
Nec rudis umquam.

Plenus ē artis modus. adnotatas
Nominū formas recitare xp̄o.
Quas tenet celi liber. explicandus
Tempore iusto.

Octo tunc scōs recolet decemq;
Angelus coram patre filioq;.
Yrbis unius regimen tenentes
Iure sepulchri.

Quin ad antiquū numerū trahentur.
Yiua p⁹ pene specimen puella.
Morsq; uincenti cui sanguinis hinc ē.
Fons est honoris.

Additis gaio. nec enim silendi
Teq; crementi. quib; incruentum
Ferre ꝓuenit decus ex secundo
Laudis agone.

Ambo confessi dn̄m steterunt
Acrit̄ contra fremitū latronum.
Ambo gustarunt leuit̄ saporem
Martyriorum.

Hec sub altari sita sempiterno.
Lapsib; nr̄is ueniam precatur.
Turba quā seruat ꝓcerū creatrix
Purpureorum.